



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

230. Quidam Sacerdos consecrauit sanguinem non consecrata Hostia, postea pœnitentia ductus vult illam consecrare; quæritur, an debeat consecrare etiam aliud vinum? Et quid, si Sacerdos post ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

pientis, & id absoluē continetur in sola specie panis, aut vini: & propterea Sacerdos cum primum sumit speciem panis, percipit gratiam, quæ ex hoc sacramento prouenit, vt tr. 11. disp. 2. in fine dictum est: at verò Eucharistia prout eī sacrificium consistit in vita quadam expressione Sacrificij cruenti, ac proinde non confetur omnino absolūte peractum, donec ad viuum exprimatur Passio Christi Domini, & effusio Sanguinis eius: vnde non obtinetur fructus Sacrificij, aut saltem non totus, licet hostia mysticè roacta sit per consecrationem panis, & vini, modo explicato, & propterea quoties consecratur panis, obliga stridē præceptum consecrandi Calicem.

Sed licet ego ex dictis huic sententiae negatiū, vt dixi, adhaeream, existimo tamen opinionem affirmatiuam probabilem esse; sicut etiam existimo Probabiliter esse sententiam alterentium, præceptum consecrandi in utraque specie esse Ecclesiasticum, licet sententia alterens esse diuinum sit probabilius, & cui ego adhaereo, & cui adhaeret nouissime Dicastillus de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 1. dub. 13. n. 238. & recentiores communiter.

H. His suppositis, ad secundum dubium proposi-
tum in titulo resolutionis respondeo negatiū, nem-
pe Sacerdotem in Missa consecrantem Hostiam sine
Calice non posse accipere stipendium pro illa Missa;

Aliibi supra in Refol. 42. & ratio est, quia vt alibi firmavimus, dantes stipendiū, volunt applicationem, & fructum sacrificij in Refol. 53. & Missæ certum, & non postūm sub opinione: ergo à s. His sup-
positis. & in aliis Ref. & §§. corrum-
annotationum.

R E S O L . C C X X X .

*Quidam Sacerdos consecravit Sanguinem, non conse-
crata Hostia, postea paenitentia dulcis vult illam
consecrare; quaritur, an etiam debeat consecrare
alium vinum?*

Et quid, si Sacerdos post consecrationem vitriusque spe-
ciei aduersat Hostiam non esse ex legitima materia,
sed ex horde, vel corrupta materia, in inquam, in
tali casu sit repetenda consecratio vitriusque speciei?
Et an si ante consecrationem Hostia, & Vini Sacerdos
agnoscat Hostiam non esse triticeam, vel esse corru-
pam, quid est faciendum?

Et cursum docetur, quod si Sacerdos existens in Altari
recordetur se non esse ieiunium possit pergere, licet id
aduertat ante consecrationem.

Et an, quando defœtus in vitriusque consecratione ac-
cidisset, & panis, aut vinum sumptum iam esset, non
debeat alia materia consecratio suppleri ex eo, quod
iam Sacerdos ieiunium non esset; & quia tunc re vera
non fuit factum, nec perfectum, nec imperfectum Sa-
crificium, sed totum fuit fictum.

Sed aduerte, obsecro, quid est faciendum, quando non
dum fractum est ieiunium, si tunc fortasse ex defœtu
intentionis, vel forme neutrām speciem Sacerdos non
consecravit; tenebitur ne Sacerdos secretū iterare,
& consecrare, antequam sumat species non consecra-
tas, ne perfeneret in inchoata fictione, nec sumendi
potum, & cibum per modum Sacramenti, quod ve-
rum Sacramentum non est?

Et an detur ratio veri Sacrificij, si prius consecratur
vinum, deinde panis?

Et vitrum, si post consecrationem panis Sacerdoti im-
mineret periculum vite, teneatur vinum consecrare,
inchoatum, & imperfectum remaneat Sacrificium?
Ex part. 10. tract. 12. Misc. 2. Ref. 13.

Questio procedit, etiam si Sacerdos v.g. post consecrationem vitriusque speciei aduenire Hostiam non esse ex legitima materia, fed ex horde, an inquam in tali caſu sit repetenda consecratio vitriusque speciei? Sapientissimus P. Suarez, disp. 5. ſect. 1. §. Aitque ex his: magis proponderet, vi fiat confeſratio vitriusque speciei, ed quod ordo Confeſſionum videatur Sacrificij essentialis, qui non feratur, ſi in eo caſu non consecratur vinum de no-
vo. Et hanc sententiam tener Nugus in 3. part. 10. 1. 9. 8. art. 6. dub. 2. post concl. 1. & Villalob. in Summa, tom. 1. tr. 8. difficult. 3. 2. n. 3. vbi ſic ait: [Si el Sacerdo te antes de la cofagracion aduerte que la hostia eli-
ua corrupta, o no era de trigo, quitada aquella otra, y la ponga en su lugar, y la ofrezca por los mo-
nos mentalmente, y profuga del lugar donde deu-
según el Missal Romano, mas si lo aduertiere despues de consagrada, o auiendo recibido, tome otra, y haga la ofrenda, como queda dicho, y comience la cofagracion desde las palabras Quiprime y luego tomar ambas las espicies, y prolonga la Misa: loqual se haze, porque el Sacrificio no quede impre-
despues de auer recibido la sangre, ha de poner de
nueuo pan, y vino con agua, y ofrezca, y cofa-
grar, comenzando desde las palabras Quiprime y luego
tomar ambas las espicies, y prolonga la Misa:
loqual se haze, porque el orden deuido.]

2. Verum ego magis adhaereo contentie senten-
tia, quam tuerit Dicastillus, de Sacram. tom. 1. tr. 5.
disp. 4. dub. 95. n. 293. Gaspar Hurtadus, de Sacri-
Missa, disp. 4. difficult. 13. vbi ſic ait: Si tunc non ma-
tia Sacerdotis; aut quia panis non fuit triticeus, &
tempore Confeſſionis non fuit agnitus, non con-
feſſetur Hostia, ſed tantum vinum; poſta confeſſio-
nanda eſt hostia, vt essentialiter perficiatur faci-
cium, & non eſt necessarium poſte itenū aliud vi-
num poſt Hostiam confeſſare, quia ad perficien-
tiam Sacrifij non eſt neceſſarium quod prius
confeſſetur Hostia, quā vinum, nam confeſſio-
ne vitriusque, quoquā ordine facta, madame
mysticè homo Chriftus separacione myſtica Corporis,
& Sanguinis inter ſe vi verborum confeſſationis
facta. Ita ille; cui addet ex eadem Societate Iouannis
Præpositum in 3. part. quaſi. 8. 3. art. 6. n. 19. & Mol-
colom, in Summa, tract. 5. cap. 6. n. 4. ſic aiferentem:
[Si ante de la cofagracion del Caliz, ſe conozca,
que la Hostia es de cevada, o eſta corrompida, am-
que ſea de trigo, ha de poner otra de pan de trigo,
y no la auiendo, ha de ceſſar la Misa; y ſi eſto ſe en-
tendiesſe despues de la cofagracion del vino, que la
ponga otra Hostia, y ſe cofagre ſola, ſin bolcer a
cofagrar otro vino, porque el orden no es de defi-
cia, ni tan neceſſario, que en ſemejante caſo no ſe
cumple ſin el. Idem etiam docet Garcias in Summa,
tract. 3. difficult. 9. dub. 2. punct. 4. num. 38. Vide etiam
Ludouicum à San Iuan, de Sacram. Euchar. quaſi. 7.
art. 16. difficult. 8.

3. Nec obſtar dicere, quod ex hac opinione le-
queretur, quod, quo caſu defœtus fuerit in vita
que materia, & vtque poſt confeſſationem adve-
tatur; non ſit neceſſarium ſupplendis: responderet
Præpositus ita eſt, ſi rationem Sacrificij ſpedemus,
& obligationem ortam ex iure diuino ad perficien-
dum Sacrificium, quia nullum fuit Sacrificium etiam
inchoatum: ergo nulla eſt obligatio ex iure diuino
illud perficiendi: immo, ſi ſumptu ſit Hostia non
confeſſata;

consecrata; videri possit Sacerdotem non posse consecrare, & sumere; quia non est ieiunus, & proinde communicare non potest. Aliorum tamen sententia poterit, quia si Sacerdos existens in Altari recordetur, se non esse ieiunum; potest pergere, licet id adiuvetur ante consecrationem. Quid si nec Hostia nec Vinum sum puer, debebit aliam materiam accipere, consecrare & consecratam sumere; quia saltem lege Ecclesiastica Sacerdos existens in Altari, non debet communiter discedere, nisi sacrificaverit, & per consequens tenuerit adhibere ea, quae sunt necessaria ad sacrificandum. Vnde in his circumstantiis potest accipere nouam materiam, consecrare, & sumere; potest preces, & ritus ante adhibitos omittere, si sit periculum scandali.

4. Notandum est etiam hic cum Suarez vbi sup. diff. 8, sect. 1, §. Secundò etiam, quod doctrina superioris adducta procedit quando defectus accidit in consecratione vnius tantum speciei, & altera fuit ritè consecrata: nam si defectus in utriusque consecratione accidisset, & panis, aut vinum sumptum iam esset; non deberet in alia materia consecratio suppleri: quia tunc reuera non fuit factum, nec perfectum, nec imperfectum Sacramentum, sed totum fuit factum; & ideo tunc non obligat praeceptum de integrando, seu perficiendo Sacramentum, & alioquin obligat praeceptum non conficiendi, vel sumendi hoc Sacramentum post eum & potum: ergo tunc hoc praeceptum servandum est, & ideo aliter iudicandum est de tempore ante sumptionem, quando nondum fractum est ieiunium: nam tunc, si forraffis ex defectu intentionis, vel formæ neutram speciem consecratur; tenebitur secreta iterare, & consecrare antequam sumat, & quam primum possit, non ex vi praecepti perficiendi Sacramentum substantialiter inchoatum; quia hoc reuera nondum obligat; sed ex vi praecepti non fingendi aliquid falso in hoc ministerio, & consequenter non perseverandi in inchoata fictione, nec sumendi potum, & cibum per modum Sacramenti, quod verum Sacramentum non est, nec dandi aliis occasionem adorandi merum panem, & vinum.

5. Sed si aliquis Curiosus inquirat, An iuxta sententiam horum Auctorum inueniatur ratio Sacrifij, si prius consecratur vinum, deinde panis? Suppono graui committi Sacrelegium, si consecratio hoc modo fiat. Respondetur tamen, ex casu Sacrifij videri perfectum, quia nostrum Sacramentum invenientum solum requirit, ut mystice representetur victimæ sine sanguine; seu ut representetur corpus & sanguinem separari; quod sit in fine totius consecrationis, quacumque partialis consecratio prior ponatur.

6. Petes secundò, Utrum si post consecratum panem Sacerdoti imminaret vita periculum; teneatur vinum consecrare? Respondetur, Casum agreponi posse, quia vini consecratio, citissimè potest perfici, & citissimè species consecrata sumi possunt; si tamen casus ponatur, probabile est non teneti; neque eo casu tam censembit voluntarie offerre iam imperfectum Sacramentum, quām relinqueret inchoatum imperfectum, quod ob apertum vitæ disserimen videtur licitum; in ea circumsstantia nulla censorum Deo interrogari iniuria à Sacerdote. Nec obstat, quod Sacramentum remaneat imperfectum; quia Sacerdos ad illam imperfectionem solum permisso se habet. Et hac omnia docet idem Prapositus vbi sup. art. 1, dub. 8. num. 57.

RESOL. CCXXXI.

An si in Pixide continentे plures particulas consecratis misceatur aliqua non consecrata, possit validè Sacerdos illam consecrare, si non dignoscitur?

Et quid, si miscetur una gutta vini non consecrati cum vino iam consecrato?

Vel an Sacerdos licet, & valide possit consecrare sub conditione omnes particulas, ut non remaneat missa consecratio illa alia non consecrata?

Idem dicendum est de gutta vini infusa in calice iam consecrato?

Et an Sacerdos possit consecrare dimidiā partem Hostie designans quam partem velle consecrare?

Et an si Sacerdos in Sacrificia dixit velle consecrare Pixidem cum particulis, & postea Sacrifica, ipso non videente, dum legere Evangelium, apposuit Pixidem in Altari in cornu Epistola, an inquam, illa particula dicenda sint consecrata, licet Sacerdos de illis in consecratione Hostia non meminerit? Ex part. 9. tr. 8. & Misc. 3. Ref. 65. alias 64.

S. r. N egatiuam sententiam mordicus sustinet Eminentissimus Dominus Card. Lugo de Sacr. Euchar. diff. 4, sect. 7. n. 136. vbi sic ait: Infero secundo probabilitate sequi, si multis Hostiis consecratis misceatur vna non consecrata, non posse postea illam consecrari, dum non dignoscitur, quæ sit, quod ex dicti videtur colligi; quia illa Hostia secundum talen statum non potest determinatè ostendi, & designari. Adde, quid sèpe continget illam Hostiam esse infra alias consecratas, & per consequens non habere presentem sufficientem: sicut si regeretur Tabula, vel Lapide superposito; nam licet cum aliis simul posset consecrari, qui omnes illa per modum vnius habent presentiam; tamen ipsa seorsim ab aliis non habet prædictam presentiam expeditam secundum se. Nemo enim in communī sermone loquens de uno numero aureo positio in profundo loco sub mille aliis argenteis, & omnino latente, dicit: hæc moneta aurea; illa enim voces, quando ad unam solam ex multis applicantur, intelliguntur de illa, quæ est in prospectu, non de illa, quæ omnino latet. Ita ille; qui postea, ut semper solet, acutè, & solidè respondet ad plura argumenta, quæ in contrarium adduci poterant. Hanc etiam sententiam tenet Garcias in Thol. mor. tract. 3, difficult. 9. punt. 2. num. 16, & 17. vbi sic ait: [Infero de lo dicho, que si hecha la confección se mezclase una gota de vino con las species Sacramentales, no podría consagrarse, porque no podrá verificarse el pro nombre, Hoc, pues, no puede señalar en particular la materia; lo mismo es si mezclase una Hostia no consagrada con otras consagradas, y no se conociese. Ni vale decir, que si aquella Hostia estuviera debajo de las demás cuando se consagraran todas, quedara consagrada; luego aora tambien lo ha de estar. que a esto responde concediendo el antecedente, y negando la consecuencia; porque en aquel caso todas quedarian consagradas, pues estauan todas presentes, per modum vnius, pero acá, no pueden señalarse las ocho que se han de consagrar, y no se han de consagrar mas, que alla todo se consagra. Ni tampoco vale decir, que si uno quiere consagrare la mitad de la Hostia, podra señalando qual, y sera valida la consagracion: como la tienen Suarez, Vasquez, y con otros, ser verdad, que no podra señalar distintamente la linea, que divide lo consagrado de lo que no lo es, luego lo mismo hemos de decir en nuestro caso; que a esto respondo, que para que valga la consagracion